Vera infirmitate pro Maiori minorennitate Successioni ad munimenta ad evictorem Vel aliis quibusvis dilationibus aut exceptionibus impedimentis legalibus non differendo ad quietationem vltra proximos Terminos officii praesentis Castren Capitan Premislien dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequtiones atq praemissa omnia poenis Simplicibus atq Triplicatis evasionibus Suspensionibus Fatalis Iuris praesentatione Terrestri bello Conventiones aliisq Iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Ita sua personali recognitione ad praemissa omnia accedente.

15/II 1651

Feria quarta in Crastino festi Sancti Valentini Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Grochowskich Coniugum mutua advitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio Actisq praesentibus Castren Capitan Premislien Generosi Ioannes a Grochowce Grochowski olim Magnifici Thomae a Grochowce Grochowski Castellani Der... filius ab vna et Helena a Komarniki Generosi Mar... Tystoczanski filia ab altera partibus Coniuges Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris districtibus foris Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedentes Praesentis vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam publice libere se per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo seorsim pro interesse recognovit Quia ipsi et quilibet eorum consors cum statu Ma...

ob Fatoris Conjugalis personali assistentia et Ultronea ad infra
scripta recognoscenda consensu Sibi mutuo ac invicem Una pars
alteri omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum
omnium mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum
nec non auri argenti Clenodiorum Monilium Vestium Vestimentorum
pecorum pecudum Equorum ac totius Supellectilis domesticae nunc ha
bitorum et in post habendorum mutuam vitalitatem et Usumfructum
ad extrema Vitae Suae tempora inscripserunt et concesserunt prout
praesentibus inscribunt et concedunt. tali Vizt modo. Quod Si ipsum
praefatum Maritum suum quam ipsam consortem de hac luce decede
re Contigerit ex tunc praenotata Coniunx Sua, bona generaliter
omnia morte praefati Mariti Sui derelicta cum omni eorundem bonorum
Iure dominio et proprietate cumque omnibus et Singulis eorundem
Utilitatibus et fructibus proventibus reditibus emolumentis ob-
ventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter Universis nullis peni-
tus exceptis et exclusis tenebit habebit et possidebit illisque pacifice
fruetur ad extrema vitae Suae tempora Post mortem Vero eiusdem
Consortis Suae bona praefata generaliter omnia ad Successores praedicti
Mariti Sui Sine gravis contradictione Successorum supradictae
Coniugis totaliter redibunt et devolventur. Similiter Vero Si
eius praefatam Coniugem suam prius praedicto Marito ipsi
mori Contigerit extunc idem Maritus suus bona generaliter omnia
morte praedictae Coniugis Suae relicta Cum omni iure Dominio
et proprietate omnibusque et Singulis eorundem Utilitatibus Uti-
bus fructibus proventibus emolumentisque quibusvis tenebit ha-
bebit et possidebit ad Ultima fata Sua Post mortem Vero
eiusdem Mariti bona praefatae Coniugis suae generaliter omnia ad
Successores eiusdem Coniugis Sine gravis contradictione Succes-
sorum praefati Mariti totaliter et plenarie redibunt et de-
volventur Praesentibusque Suis Utrisque personalibus recogni-
tionibus ad praemisse mediantibus.

Fena